

- 160 decrescant^x. Quod enim^y tunc^z Symon Magus specialiter gessit, hoc nunc sequaces eius generaliter agunt. Sed quid proficit corpus dominicus^a se iactare consecrare, quem^b – subaudis Dominum – convincuntur^c veluti aliter^d Iudas tradidisse? Ergo si Symon Magus viveret, numquid missam cantaret? Vel si cantaret, quis eam vel insanus audiret? Quid enim^e distat inter Sy-
- 165 monem magistrum et eius discipulos? Sed iuxta dominicum dictum: *Non⁴⁶ est discipulus super magistrum*: quapropter, si missa Symonis^f Magi^f eorum magistri^f non est recipienda, auctorizabimus illius^g discipulorum missam? Recolite ergo nomen et advertite veritatem! Missa enim dicitur
- fol. 78^v eo, quod cęlestis missus ad consecrandum vivificum corpus adveniat, |
- 170 iuxta dictum sacerdotis^h: *Omnipotens⁴⁷ Deus iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum*, et cętera. Idcirco nisi angelus venerit, missa nequaquam iure potest vocari. Numquid enim, siⁱ misterium hereticus ausus fuerit usurpare, angelum mittit Deus^j de cęlis^j oblationem eius consecrare, maxime cum eisdem per prophetam, sicut superius dictum^k est^{k48},
- 175 comminatus sit dicens: *Maledicam benedictionibus vestris*. Quod si benedictionibus eorum se asserit maledicturum veritas, quid erit de hostia? Ergo dicemus illa^l ab^m illo benedici posse^m, quem scimus a Deo cumⁿ sua benedictione maledictum foreⁿ? Si enim Deus maledixerit, ut^o asserit^o, et symoniacus benedixerit, ut^p poterit, quis horum^p prevalebit? Numquid ma-
- 180 ledictus^q ad nichilum poterit redigere verissima^r verba^r minantis^s Dei, et

y) *Fehlt M₃*. z) *temporis folgt M₃*. a) *So F₁ für dominicum*.
 b) *So F₁ wahrscheinlich für qui wie M₃*. c) *So F₁ wahrscheinlich für convincitur wie M₃*. d) *So F₁ für alter wie M₃*. e) *vero M₃*. f-f) *Fehlt M₃*.
 g) *eius M₃*. h) *dicentis folgt M₃*. i) *hoc folgt M₃*. j-j) *de celis Deus M₃*. k-k) *Fehlt M₃*. l) *So F₁ für illam wie M₃*. m-m) *posse ab illo benedici M₃*. n-n) *fore maledictum cum sua benedictione M₃*.
 o) *Fehlt M₃*. p-p) *quis M₃*. q) *benedictio maledicti M₃*. r-r) *verba verissima M₃*. s) *comminantis M₃*.

⁴⁶) Matth. 10, 24; Luc. 6, 40.

⁴⁷) Canon missae Romanae, vgl. J. Deshusses, *Le sacramentaire grégorien ... édition comparative 1: Le sacramentaire (Spicilegium Friburgense 16, 1971) S. 90.*

⁴⁸) Siehe oben Zeile 83 f.; das Zitat Malach. 2, 2.